

CATEDRAL DE BURGOS

Antonius... quator coronatorum
Presbyter Cardinalis... ac aliis
beneficiatis Ecclesiae Burgensis... –
[S.l.] : [S.n.], [s.a.]

[2] p. ; Fol.

Texto fechado en Burgos, 1747

1. Catedral de Burgos-S. XVIII 2.
Catedral de Burgos-XVIII. m. 1. Título

RF-75



ANTONIUS

MISERATIONE DIVINA
TITULI SANCTORUM
QUATOR CORONATORUM
PRESBYTER CARDINALIS.



Ilectis in Christo Decano, Canonicis, & Capitulo, ac alijs Beneficiatis Ecclesiæ Burgensis salutem in Domino. Exigunt merita vestræ devotionis, quam erga Romanam Ecclesiam geritis, ut vos specialibus favoribus, & gratijs prosequamur, illaque vobis benigne concedamus, per quæ conscientiæ pacem (Deo propitio) consequi valeatis. Hinc est, quod nos supplicationibus vestris nobis in hac parte humiliter porrectis benignius annuentes, autoritate Domini Pappæ, cujus pœnitentiariæ curam gerimus, & de ejus speciali mandato super hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, vobis, & vestrum cuilibet, ac successoribus vestris, ut Divinum Officium, seu horas Canonicas diurnas pariter, & nocturnas, ad quod, seu quas recitandum, ratione beneficiorum dictæ Ecclesiæ Burgensis seu aliorum quorumcumque per vos hætenus obtentorum seu in posterum etiam ex dispensatione Apostolica obtinendorum, etiam si dignitates majores, & principales & alia beneficia Ecclesiastica qualitercumque qualificata fuerint tenemini, *urgente aliqua etiam levi causa arbitrio vestro, & vestrum cujuslibet, ac successorum vestrorum ponderanda ab Occasu Solis precedentis, usque ad Occasum Solis sequentis diei anteponendo, & postponendo Soli, &*


qui-

122; 5^o

quilibet vestrum, ac successorum vestrorum, solus, aut cum uno, seu pluribus socijs, seu famulis vestris, dicere, & recitare libere, & licite possitis, & valeatis, & quilibet vestrum, possit, & valeat, ac successores vestri possint, & valeant; nec desuper à quocumque etiam loci Ordinario seu alijs personis inviti molestari, aut ad aliter recitandum cogi, seu compelli possitis, nec vestrum aliquis possit, nec successores vestri possint tenore præsentium indulgemus, & liberam concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, ac etiam provincialibus, & Synodalibus, dictæque Ecclesiæ Burgensis Statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque; proviso, quod in Choro Ecclesiæ, in qua vos, seu vestrum aliquem, aut successores vestros residere, & horis canonicis interesse contigerit, usum servetis, servet, ac servent consuetum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub siggillo officij Poenitentiarie quarto Kalendas Septembris Pontificatus Domini Clementis Pappæ septimi, anno undecimo. Jacobus Centurius Costesius. Philippus ferzinus.

Trassumptum hoc bene, & fideliter concordatum consonans est cum privilegio originali, quod remanet in Archivio hujus Almæ Metropolitanæ Burgensis Ecclesiæ, & ad instantiam Capituli, & Decani, præfatæ Ecclesiæ; illud transcripsi Burgis die vigesima sexta mensis Aprilis anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo septimo.

In Testimonium Veritatis.
Lic. D. Emmanuel Huydobro.
Notarius Secretarius.



Forados en la huerta hoy dia 29 de
Marzo año 1870:

Saturio de Pedrossa; Rodriguez;
hijo de Claudio; y de Palbina;
Villa de Las Hormazas